

Dicōlo. ODE XXXII. Tetartoph.

Apparatum convivii frugalem, & minimè sumptuosum, sibi placere.

TT. TTT

Saphici

Persicos odi, puer, apparatus; Displacent nexa philyrâ coronaz

Mitte sectari, rosa quo locorum

Adoniciu

Sera mōretur. Simplici myrto nihil allabores

Sedulus curo: neque te ministrum

Dedecet myrtus, neque me sub arctâ

Vite bibentem.

Persicos. Magnificos; quales à Persis adhibebantur; v. gr. odores, unguenta, &c. Persiæ in convivis erant imprimis sumptuosi, & multarum deliciarum.

Puer. Servule.

Philyrâ. Est cortex interior, ac tenuissimus, ex arbore tilia decerptus, qui ductus in tannias, necendis floribus servit.

Mitte. Omitte, noli investi-

gare, ubi nascantur rosæ rare diores.

Simplici, &c. Ordo est: curo sedulus, ut nihil labores addere pro convivii apparatu ad simplicem myrtum: nihil nisi coronas è myrto volo. Myrtus adhibebatur in conviviis, boni odoris causâ, & quia fumos vini discutere credebatur.

Arctâ. Densâ, umbrosâ.



Q. HO



ODARVM

LIBER SECVNDVS.

Dicōlo. Alcaica. Tetartoph. ODE I.

C. Asinium Pollionem monet, ut, omisâ, quam scribebat, de bello civili tragediâ, vel historiâ, in Remp. potius ordinandam incumbat. Bellum civile deplorat.

Vide 88c. 31. lib. 1.

Orum ex Metello Consule civicum, Bellique causas, & vitia, & modos, Ludumque Fortuna, gravesque Principum amicitias, & arma

Motum, &c. Ordo est: Pollio, insigne mœstis præsidium reis, &c. tractas, sive scribis motû civilem, belli civilis varios, ac turbidos eventus, ex Metello Consule, id est, ab eo tempore quo Q. Cæcilius Metellus Celer fuit Consul, qui est annus ab V. C. 694. quo Cæsar, Crassus, & Pompejus, inter se de invadenda Republica fœdus iniêrunt.

Causas, & vitia. Simultatem ortam Cæsarem inter, & Pompejum, multorû ambitionem, odia, libidines, nimiam, ut ait

bellè Florus, felicitatem, &c. Vide Suet. c. 29. & 30. in Julio Cæsare.

Modos. Seditiones, pugnas, deliberationes partium.

Ludum Fortuna. Varios casus, quibus Romanam rem, ut pilam, jactare Fortuna videbatur.

Principum. Cæsaris, Pompeji, & Crassi, qui societatem junxerant, Reipublicæ funestam. Florum lege, lib. 4. c. 24. 3. & seq.

Arma, &c. Arma uncta, id est, delibuta, & adhuc stillantia

F

Nondum expiatis uncta cruoribus,

Periculosa plenum opus alea

Tractas, & incedis per ignes

Suppositos cineri dolofo.

Paulum severa Musa tragedia

Desit theatri: mox, ubi publicas

Res ordinariis, grande munus

Cecropio repetes cothurno,

tia civium cruore, qui nondum expiatus est. Proprie nõ expiatur cruor, sed arma expiantur, cruore per scelus infecta, vel miles gestans hac arma. Expiare, autem est, rem aliquam, aut personam, ex impia, & contaminata, pia, & scelere soluta efficiere, aliqua religioſa ceremoniã. Ejusmodi ceremoniã usurpabant Romani certis temporibus, & *armilustrum* vocabant; camq; adhibuit Augustus, confecto civili bello, cum lustrum solemnĩ ritu condidit, populumque expiavit.

Plenũ opus, &c. Quę tragedia a te suscepta, opus est alea, & periculi plenum: de multorum enim sceleribus, qui jam rerum potiuntur, scribi tuto, & impunẽ vix potest. *Alea*, est proprie ludus talorum, qui periculosus, & incertus vulgo est: unde ad significandũ casum quemlibet periculosum, ea vox adhibetur.

Incedis, &c. Idem facis, ac si incederes per cineres, qui te-

gerent ignem suppositum: quod nempe sine gravi periculo fieri nequit.

Paulum, &c. Omite paululum res adeo tragicas theatro, & scenæ committere. Erat Pollio Poeta optimus, teste Virgilio: & hoc de tragedia aliqua, a Pollione inchoata, rectius quam de historia intelligas.

Publicas, &c. Erat enim tum Pollio Consul: cujus Magistratus munus est ordinare Rempublicam; quæ bello civili erat admodum perturbata.

Grande munus. Grande opus tragediæ faciendæ.

Cecropio cothurno. Tragico more, ac stylo. Cothurnus erat genus calceamenti altioris, quo actores tragediarum urebantur. Cecropius appellatur, id est, Atheniensis, a Cecrope Rege Athenarum primo; quia tragedia maximè Athenis viguit, ubi Sophocles, Euripides, &c. floruerunt.

Insigne mensis presidium reis,

Et consulenti, Pollio, Curia;

Cui laurus æternos honores

Dalmatico peperit triumpho.

Jam nunc minaci murmure cornuum

Perstringis aures; jam litui strepenti;

Jam fulgor armorum fugaces

Terræ, equos, equiumque vultus;

Audire magnos jam videor Duces,

Non indecoro pulvere, sordidas,

Et cuncta terrarum subacta,

Præter atrocem animum Catonis.

Juno, & Deorum quisquis amicos

Reis. Reus, illum significat, quicumque causam dicit, sive sit nocens, sive innocens.

Curia. Senatui.

Cui laurus, &c. Qui de Dalmatis triumphasti. Sunt autem Dalmatae in Illyrico; quæ regio est in ora maris Adriatici, contra Italiam. Dalmatiæ urbs erat primaria Salonæ, quam Pollio cepit.

Jam nunc, &c. Laudat Horatius carmina Pollionis de bello civilis tam graphice, & ornate ab eo scribi cœpta, ut in his res ipsæ geri, & cerni, non narrari, & audiri viderentur.

Cornuum. Buccinarum, quæ olim è cornu, postea ex ære factæ sunt. Proprie cornua sunt buccinæ breviores, & intortæ: litui verò sunt buccinæ longiores, & parum incurvæ.

Perstringis, Feris, tundis.

Non indecoro. Glorioso pulvere; quem scilicet in militari campo collegerunt.

Cuncta terrarum. Cunctas terras. Sic alio loco dixit, *amaræ curarum*, pro, *amaras curas*, Græco more.

Subacta. A Cesare domita.

Catonis. Dicitur est ille Cato Uticensis ab Utica urbe Africæ, in quam cum se post pugnam Pharsalicam coniecisset, audiretque appropinquare Cæsarem, mortem afferre sibi maluit, quàm se illi dedere.

Juno, &c. Sententia hujus loci hæc est. Juno, & è Diis alii, quicumque Afris olim fuerant amiciores in bello Jugurthino, coactiq; tamen Romanorum viribus, & fato fuerant ex Africa inulta discedere im-

Afris inultâ cesserat impotens

Tellure, victorum nepotes

Rettulit inferias Jugurtha.

Quis non Latino sanguine pinguior

Campus sepulchris impiâ praeliâ

Tesiatur, auditumque Medis

Hesperia sonitum ruinae

Quis gurgis, aut quâ summa lugubris

Ignara belli: quod mare Daunia

Non decolorare cades?

potentes, id est, quia non poterant ulcisci Afroium cladē, & pœnas à Romanis sumere, illi, inquam, Dii Romanos, nepotes, & posteros illorum Romanorum, à quibus victi olim erant Afri, vicissim immolârunt in bello civili, tanquam victimas placandis Jugurthæ Manibus, & Arorum umbris; atque ita pœnas Romanis retulerunt, ac reposuerunt, Afros uli sunt. Juno Carthagini, & Africâ impensè favebat, Virg. 1. Æn.

Inferias. Prænt inferiæ, sacrificia quæ fiebant mortuis, & Inferorum umbris. Solebant autem præcis temporibus immolari aliquot è captivis hostibus, ad placandas caesorum ducum umbras; & ad eorum tumulos mactari.

Jugurtha. Fuit Jugurtha Rex Numidiæ in Africa. Is grave bellum gessit cum Me-

tello primum; mox cum Marro; demum à Boccho Mauritaniæ Rege, ad quem confugerat, proditus, in Marii potestatem venit; à quo Romam ductus, & ostentatus in triumpho, in carcere necatus est, anno V. C. 648. Sallustium adi.

Tesiatur. Ostendit, sepulchrorum multitudine, quam sava fuerint illa bella, impietatis, & crudelitatis plenâ; nempe civilia.

Auditumque Medis, &c. Cladem, & ruinam Italiæ, quæ olim Hesperia magna dicta est, tantam, ut à Medis, remouissimis videlicet Orientis populis, & Romanorum hostibus, audita cum gaudio sit.

Gurgis. Qui lacus, quæ freta Daunia cades. Itolorum Daunus Rex fuit Apuliæ, quæ Italiæ pars est.

Decolorare. Sanguine infecerunt.

Quæ

Quæ caret ora cruore nostro?

Sed ne, relictis, Musa, proci, joci,

Cœa retrahes munera nania:

Mecum Dionao sub antro

Quære modos levioire plectro.

Sed ne, &c. Sed, o mea Musa, noli reficere veteres illas querelas, relictis, quæ te decet, amœnioribus argumentis.

Proci. Audacior.

Cœa nania munera. Versus lugubres; qui olim à Simonide, lyrico Poetâ, vel inventi, vel præcipua cum laude facti sunt. Dicuntur illi naniæ Cœæ; quia Simonides natus est in Cœo insula maris Ægæi, prope Eubœam. Est autem, Nania carmen in funeribus canitum: interdum sumitur pro puerili cantilena.

Dionao. Veneri sacro, Venus dicta est Dione: quo nomine appellata est quoque Veneris mater, Oceani, & Tethyos filia.

Modos. Carmina.

Levioire, &c. Jocosa nempe argumenta levioribus modis, & numeris canenda; tragica,

severioribus, & fortioribus. *Plectro.* Instrumento, quo fides lyriæ percutiuntur; quod nunc ex equinis vulgo fetis fit, alias, instar pectinis, ex ebore, aut buxo constabat.

Hanc totam Oden eruditus quidam ita explicat, ut velint, ab Horatio invitari Pollionem ad absolvendam, quam inchoarat, belli civilis historiam, omitrendâq; tragedias, quas, intermissâ transper hilloiâ, scriptitabat. Hæc porro verba, *mox ubi publicas res ordinâris,* exponunt cum Turnebo, & aliis, postquam Republicæ historiam, & bellorum civilium, ordinaveris, digesseris, & ordine conscripseris. Favet huic expositioni ultima pars Ode, in qua Pollionis scripta laudat; non eum igitur deterret à scribendo,



ODE II.

Contemptus pecuniae; laus liberalitatis.

Saphica
Adone

*N*ullus argento color est, avaris
Abdita terris inimice laminae
Crispe Sallusti, nisi temperato
Splendeat usu.

Choro
ad. spond.
lib. et 2. chor.

Vivet extento Proculejus aeo,
Notus in fratres animi paterni:

Nullus, &c. Ordo est: o Crispe Sallusti, in avaris terris, nullus est argento color; nisi usu temperato splendeat.

Color. Dignitas, pulchritudo: nihil juvat pecunia, nisi utaris.

Avaris. Avara terra dicitur ea, in qua argentum defoditur, quia illud celat, ut avari faciunt.

Abdita, &c. Qui es inimicus laminae defossae in terra; qui non amas laminam, seu aurum abdere, & furtim terrae depocere; qui ab avaritia es alienus. Legendum potius, *abdita*, quam *abdito*; nempè, *argento*; quae vox est in primo versiculo Odae: haec enim duo verba, *inimice laminae*, nec bonam, nec lat Latinam efficiunt sententiam, si legantur sola: quae laus enim est, si quis inimicus laminae dicatur esse?

Lamina. Pro laminae. Est

autem lamina, bractea metalli: sumitur hic pro ipso argento, vel auro.

Crispe Sallusti. Fuit iste Crispi Sallusti historici ex sorore nepos; de quo agit Cornelius Tacitus, Annalium lib. 3. paulò ante medium: quem ab historico adoptatum, & magnam potentiam, summisque opibus modestissimè usum ait.

Extento aeo. Longo tempore producto usque ad seram posteritatem: immortalis exit Proculeji fama, & memoria.

Proculejus. Fuit Eques Romanus, Augusto charus: ejus fratres, Scipio, & Murana; cum ob arma in bello civili contra Augustum gesta, patrimonio suo spoliati fuissent; Proculejus bona sua de integro aquis partibus cum ipsis divisit, instar patris amantissimi.

Notus. Nobilis, celebris.

Animi. Propter animum: Graeca locutio. Subaudiunt Grae:

Illum aget pennam metuente solvi
Fama superstes.

Latius regnes avidum domando
Spiritus, quam si Lybiam remotis
Gadibus jungas, & uterque Pannus
Serviat uni.

Crescit indulgens sibi dirns hydrops:
Nec scim pellit, nisi causa morbi
Egerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.

Redditum Cyri solia Phraaten

Graeci particulam propter, quae apud illos gignendi casum postulat.

Aget. Vehet, tollet.
Metuente solvi. Defatigari necesse, semper volante, & vigente.

Superstes. Post illius mortem adhuc vivens, & superans.

Regnes. Regnabis, regnare possis. Rex est, qui sibi imperat.

Avidum spiritum. Avaritiam, cupiditatem majorum opum.

Lybiam. Regionem Africae. Remotis. A Lybia disicis.

Gadibus. Gades insula, & urbs est, in ultima Hispania ad meridiem, Cadix; unde nomen freti Gaditano, per quod mare Mediterraneum in terras influit; quodque patrio sermone, ab loco vicino vocant Hispani, de Gibraltar.

Uterque Pannus. Tum qui est

in Africa, tum qui in Hispania. Nam Carthaginenses Hispaniam partem diu obtinuerunt, urbemque nomine Carthaginem in ea condiderunt, quae Carthago nova dicta est.

Crescit. Morbum auget. Indulgens sibi: obsequens bibendi cupiditati. Hydrops. Ita vocatur morbus, quo alimenta, imò ipsae aliquando carnes in aquam resolvuntur; unde intumescit corpus, & pallet: hic pro ipso hydropico ea vox ponitur.

Causa morbi. Aqua intercus.

Redditum, &c. Ordo est: virtus, dissidens plebi, eximit numero beatorum Phraaten redditum Cyri solio. Sententia est: homines virtute praediti, ab stolidi vulgi opinione dissentientes, excerpunt e numero beatorum, felicem non pu-

Disidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus; populumque falsis
Dedocet uti

Vocibus, Regnum, & diadema tutum
Deferens uni, propriamque laurum,
Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat acervos.

tant idcirco Phraaten, quod in
solidum Cyri meriti reitutus.

Phraaten. Phraates, Rex
Parthorum; ob mores barba-
ros, ob patrem, & triginta fra-
tres, cum filio suo natu maxi-
mo interfectos, in exilium à
suis pulsus est, substituto illi
Tiridare; postea tamen Seytha-
rum ope in Regnum est reiti-
tutus. Consule Indicem 11.
Odarum, ad ann. V. C. 731.
Vide etiam Justinum, lib. 42.
c. 5. Dicitur autè, Cyri solium;
quia Regnum Persarum à Cy-
ro fundatum à Parthis postea
occupatum fuit; non quòd
Phraates Cyri esset filius, aut
hæres: Orodis enim filius fuit.

Beatorum. In hac dictione
ultima syllaba eliditur ob vo-
calem positam in sequenti ver-

fu, ad quem ista syllaba perti-
net: idem observare est in Ode
3.

Dedocet uti. Docet non uti
falsis vocibus, cum felicem vo-
cando, qui felix reverà non sit.

Deferens uni. Illi nomen Re-
gis, felicitatem, & gloriam
tribuens uni, quisquis, &c.

Laurum. Coronam, lau-
dem, victoriam.

Oculo irretorto. Qui cumu-
los auri, atque argenti ira præ-
tereundo aspectat, ut ne oculos
quidè reflectat, ac retorqueat:
id est, qui nulla cupiditate il-
lorum, ac desiderio commo-
vetur. Rursùm irretortus ocu-
lus dici potest, non invidus;
invidi enim obliquis, & limis
oculis ea solent aspiciere, qui-
bus invident.

ODE

Alcaica ODE III. Tetra. K. pho-

Mentis æquabilitas ubique servanda. Mortis
necessitas.

Æ Quam memento rebus in arduis
Servare mentem: non secus in bonis
Ab insolenti temperatam

Letitia, moriture Delli;

Seu mestus omni tempore vixeris;
Seu te in remoto gramine per dies

Festos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni;

Qua pinus ingens, albaque populus,
Æquum, &c. Ordo est. O

Delli, memento servare in as-
peris, & arduis rebus mentem
aquam, id est, moderatam, &
æquabilem; eandemque in re-
bus secundis ab insolenti legi-
tiam temperatam.

Moriture, &c. Siquidem ali-
quando es moriturus; sive sem-
per vixeris incertus, sive ali-
quando genio induleris, ma-
ximè feitis diebus.

Delli. Dellius fuit historicus,
& orator insignis: à Dolabella
ad Calsium; à Cassio deinde
transiit ad Antonium; novissi-
mè à Antonio transfugit ad
Cæsarem.

Reclinatum. Jacentem, re-
supinatum.

Te bearis. Te exhilaraveris,
genium curaveris.

Interiore, &c. Falerno opti-
mae, &c. Falerno opti-

11. w. f. ant. 6. p. d. ut silaba. spond. Jam. Um. s. f. ab.
et 2. dactil. = 2. d. ped. et d. umb. et silaba infine
3. 2. dactil. et 2. chori.

Alba. Populi frondes aversà
parte, albicant; adversà, virent.

Qua id est, in qua parte hor-
ti tui, aut villæ. Legitur etiam,
quò; id est, quò in gramine,
loco.

Alcaica. Ordo est. O

Umbram hospitalem consociare amat

Ramis, & obliquo laborat

Lympha fugax trepidare rivo.

Huc vina, & unguenta, & nimum breves

Flores amana ferre jube rosas

Dum res, & atas, & sororum

Fila trium patiuntur atra.

Cedes coemptis saltibus, & domo;

Villaque, flavus quam Tiberis lavit,

Cedes; & exstructis in altum

Divitiis potietur hares.

Divesne prisco natus ab Inacho

Nil interest, an pauper, & infima

Umbram, &c. Gaudent consociatis ramis umbram efficere, quæ gratum epulantibus hospitium præbeat.

Laborat trepidare. Cum labore trepidat, propter lapillos nimum in obtantes. Trepidare autem, est agitare se huc illuc, & anxie commovere; festinare agrè.

Flores rose. Rosas, quæ nimis citò marcescunt.

Res. Opus, vel, idoneum tempus, opportunitas, occasio.

Sorum trium. Parcarum. Dum vita tibi suppeditat.

Atra. Funesta: quibus videlicet relictis, mors obeunda necessario sit.

Cedes. Discedes, demigrabis.

Coemptis. Vndique, aut, si-

mul à te emptis.

Flavus. Pulcher, vel, flavas arenas volvens.

Lavit. Est in indicativo, & verbo, *lavere*, quod olim usurpabatur, pro *lavare*.

Exstructis in altum. In cumulum congestis.

Divesne, &c. Ordo est: nihil interest an sis dives, & ortus ab Inacho, an pauper, & obscuro loco natus, ne textum quidem, & domum, quò te recipias, habes: quippe futurus es perinde victima Orci nil miserantis, divites æquè, ac pauperes damnantis letho.

Inacho. Fuit Inachus Rex Argivorum, Abrahami æqualis, aut etiam illo superior; cujus filia Josophulis celebrata est. Floruit circa annum mundi 2200.

De

De gente sub Dio moreris;

Victima nil miserantis Orci.

Omnes eodem cogimur; omnium

Versatur urna serius ocyus

Sors exituras, & nos in aeternum

Exilium impostura cymba.

Gente. Scirpe, familià.

Sub Dio. Sub nudo, & aperto

Coelo.

Moreris. Habites, degas.

Eodem cogimur. Eundem in

locum compellimur, Orcum

nempe, ac tumulum.

Versatur. Agitur.

Versatur urna, &c. Suadet

metri ratio vocem hanc in

ablative positam, ordinemque

hunc esse: sors omnium, id est,

moriendi fatalis hora, serius o-

cyus exitura, vertatur, & mo-

stratur.

O D E IV.

Tiburтинæ, & Tarentinæ regionis amoenitatem

laudat.

Septimi, Gades adiure mecum, &

Cantabrum indoctum juga ferre nostra, &

Septimi. Fuit ille Romanus

Eques, idemque Poëta bonus,

Augusto carus, amicus Horatii.

Gades. Vide Oden 2. hujus

libri.

Adiure, &c. Qui mecum

iturus es in Gades; nempe cum

Augusto, qui anno V. C. 723.

bellum Hispanis intulit; quò

secuturi eum erant Septimius,

& Horatius. Vel; qui paratus

vetur. in urna; nempe Jovis,

aut iudicium trium apud Infe-

ros; qui finguntur a Poëtis ta-

bellas nominibus omnium ho-

minum inscriptas movere in

urna, sive cita; ita ut ii mo-

riantur primi, quorum nomina

priora educta sunt.

Et nos in aeternum, &c. Et

quæ nos impostura est cymbæ

Charontis; ut in aeternum exi-

lium ab eo deportemur, nempe

ultra Stygem, in Inferos.

Saphica

vide Ode 2.

Septimi, Gades adiure mecum, &

Cantabrum indoctum juga ferre nostra, &

Septimi. Fuit ille Romanus

Eques, idemque Poëta bonus,

Augusto carus, amicus Horatii.

Gades. Vide Oden 2. hujus

libri.

Adiure, &c. Qui mecum

iturus es in Gades; nempe cum

Augusto, qui anno V. C. 723.

bellum Hispanis intulit; quò

secuturi eum erant Septimius,

& Horatius. Vel; qui paratus

debellavit, anno V. C. 741.

Vi.

Barbaras Syrtis, ubi Mauri semper

Æstuat unda:

Tibur, Argeo positum colono,

Sit mea sedes utinam senecta!

Sit modus lasso maris, & viarum,

Militiaque!

Unde si Parca prohibent iniquas,

Dulce pellitis ovibus Galei

Flumen, & regnata petam Laconi

Rara Phalanto.

Ille terrarum mihi præter omnes

Angulus ridet, ubi non Hymetto

Vide II. Indicem Odarum.

Indoctum, &c. Qui parère
Romanis nondum didicit.

Syrtis. Loca sunt arenosa,
& periculosa, in Africæ litto-
re.

Mauri. Propriè dicendum
esset, Lybica; quia Syrtis duar,
major, & minor, procul ab-
sunt à Mauritania.

Tibur. Est urbs Italiæ amœ-
na, condita olim à Tibure,
homine Græco, qui Argis pro-
fectus in Italiam venit.

Argeo. Argivo. Argos est
urbis primaria Peloponnesi.

Colono. Colonus interdum
est, qui agrum colit, agricola:
alias, ut hic, eum significat,
qui ex urbe quapiam commi-
grat, ad aliam habitandam.

Lasso maris. Fatigato mari-
timis itineribus; quando me
fatietas belli, & itinerum ce-

perit. Erat itaque tunc id eta-
tis Horatii, ut adhuc gerere
bella, & itinera longiora posset
suscipere; nempe annis admo-
dum 40. natus.

Unde, &c. Quo ex loco, id
est, à Tibure, si me Parca pro-
hibent, arcentque, petam flu-
men Galei, celebre ob oves
pellitas; petam agros, ubi Pha-
lantus Lacon regnavit. Taren-
tum describit, prope Galei flu-
men situm, in Calabria.

Pellitis ovibus. Oves Taren-
tinæ, propter lanæ bonitatem,
pellibus, & quasi vetibus in-
tegebantur, ne ipsarum lana
inquinaretur.

Phalanto. Lacedæmonius
dux fuit, qui cum Spartanis
Italiam petens, Tarentum oc-
cupavit.

Ridet. Placet.

Hymetto. Mons est Græciæ,
pro-

Mella decedunt, viridique certat

Bacca Venafro:

Ver ubi longum, tepida sive præbet

Jupiter brumas; & amicus Aulon

Fertili Baccho minimum Falernis

Invidet uois.

Ille te mecum locus, & beata

Postulant arces: ibi tu calentem

Debita sparges lachrymâ favillam

Vatis amici.

prope Athénas; ubi mel opti-
mum, apes lectissimæ.

Decedunt. Inferiora, dete-
riora sunt; nihil cedunt mel-
li Hymetto. Decedere est

locum alteri, ut nobiliori,
cedere; inferiorem se fateri.

Bacca, &c. Oliva: ubi olivæ
nascuntur pæres Venafranis.

Est Venafrum Campaniæ in

Italia oppidum, ubi olivæ
præstantes.

Aulon. Mons est vini fe-

ritatis.

Alcæa vide Ode 3^a.

ODE V.

Pompejo Varo, in patriam post bellum civile

redeunti, gratulatur.

Sæpe mecum tempus in ultimum

Deducte, Bruto militiae duce,

Quis te redonavit Quiritem

Tempus, &c. Qui sæpe ad-

ductus es mecum in ultimum

vite diem, & periculum, quan-

do, Bruto, & Cæsaribus, quan-

do, Bruto, & Cæsaribus, quan-

do, Bruto, & Cæsaribus, quan-

do, Bruto, & Cæsaribus, quan-

do, Bruto, & Cæsaribus, quan-

do, Bruto, & Cæsaribus, quan-

do, Bruto, & Cæsaribus, quan-

do, Bruto, & Cæsaribus, quan-

do, Bruto, & Cæsaribus, quan-

do, Bruto, & Cæsaribus, quan-

Quiritem. Civem Roma-
num. Veniam ab Augusto im-
petraverat ille Varus; quam
nisi exoravisset, exul, privatus

Diis patriis; Itaque Caelo, *quod* aethera
 Pompei, meorum primi sodalium?
 Cum quo morantem saepe diem mero
 Fregi, coronatus niementes
 Malobathro Syrio capillos?
 Tecum Philippos, & celerem fugam
 Sensi, relicta non bene parmula
 Cum fracta virtus, & minaces
 Turpe solum tetigere mento.

jure civitatis, & hostis patriae
 vixisset. Merito igitur illi gra-
 tulatur Horatius, quod civita-
 ti, & patriae redditus fuerit,
 & praclarum illud Quiritis,
 seu Romani civis, nomen re-
 cuperaverit. Quirites olim vo-
 cabantur Sabini, à Curibus,
 eorum urbe primaria: mox,
 ubi cum Romanis foedus icere,
 & in unum utrique populum
 coaluere, Quiritium nomen
 Romanis datum est. Liv.
 in *Morantem*. Longiorem, ut
 dies ætivi sunt: vel, qui mihi
 tecum epulari cupienti longus
 videbatur.

Mero fregi. Ita divisa, ut me-
 liorem partem vino tecum, &
 poculis darem. Vide Oden I.
 lib. I. *Nec partem solido, &c.*

Coronatus capillos. Sub au-
 ditur, secundum, ut saepe fit
 apud Poetas, Græco more: ha-
 bens caput floribus corona-
 tum, & nitens, sive delibutum
 unguento Syrio.

Malobathro. Est Maloba-
 thrum, solum quoddam, sive
 frutex, referens nardi odorem,
 cujus magna copia in Syria
 exprimitur: ex eo liquor, seu
 oleum odoratissimum.

Tecum, &c. Interfui tecum
 pugne commissæ ad Philippos,
 urbem Thessalia; tecum e præ-
 lio fugi, clypeo turpiter abje-
 cto. Vide II. Indicem Oda-
 rum ad annum Verbis Conditi
 712.

Cum fracta virtus. Quando
 nostri exercitus vires fractæ
 fuerunt.

Et minaces, &c. Cum duces
 nostri, qui minas in Octavium,
 & Casarianos jactabant, casti
 fuerint, ac in terram proni ceci-
 dere. Milites generosi, cum
 cadunt, solent humum dentibus
 mandere; vel, præ dolore, &
 rabie; vel, ne quem genitum
 suam fortitudine indignum ce-
 dant.

Sed

Sed me per hostes Mercurius celerem

Denso paventem sustulit aere:

Te rursus in bellum resorbens

Unda fretis tulit astuosus.

Ergo obligatam redde Jovi dapem;

Longaque fessum militia latus

Depone sub lauru meâ, nec

Parce cadis tibi desinat.

Oblivioso lavia Massico

Ciboria exple; funde capacibus

Unguenta de conchis.

Mercurius. Virotum deo-
 rum patronus. Horatius erudi-
 tionis suæ famæ, carminibus-
 que, acceptam retulit veniam,
 quam illi ab Augusto Meccen-
 nas impetravit.

Denso aere. Circumsusâ nu-
 be tectum. Sic Homerus fingit
 servatum Æneam ab Apolline,
 Paridem à Venere, &c.

Te rursus, &c. Tu cæsis
 Bruto, & Cæsio, ad Pompe-
 jum filium in Siciliam perre-
 xisti, reliquias belli civilis per-
 sequens. Metaphora ducitur à
 Charybdi, quæ naves ejctas
 resorbet; vel, à tempestate, quæ
 naves, in litore tranquillo, &
 vado positas, aliquando in al-
 tum abripit.

Dapem. Epulum, Jovi, si
 redires in patriam, promissum:
 sacrificium.

Latus. Corpus: pars pro
 toto.

Lauri meâ. Aliquam sui
 horti arborem indicat; vel,
 patrocinium Meccenatis signi-
 ficat, quo protectus, ut lauru
 saluati, fulmen, id est, iram
 Augusti effugerat.

Lavia. Attrita saepe bibe-
 do: tersta, & nitida.

Massico. Vino Campaniæ
 generoso: obliviosum appel-
 lat; quia malorum oblivionem
 affert vinum.

Ciboria. Pocula capaciora:
 Ciborium nomen Ægyptium
 est, significans propriam feram,
 aut solum fabæ Ægyptiæ;
 quod folium instar galeri ca-
 pax est; & ad cujus similitu-
 dinem pocula quædam facta,
 ciboria sunt appellata.

Exple. Exhaustis; vel, imple:
 utrumque enim vox ea signi-
 ficat.

Conchis. Vasculis è concha,
 vel in morem conchæ factis.

Sed

Deproperare apio coronas,
 Curatve myrto? *Quem Venus arbitrum*
 Dicit bibendi? *Non ego sanius*
 Bacchabor Edonis: *recepto*
Duice mihi furere est amico.

Deproperare, &c. Cito con-
 texere. Quis ex humido apio,
 vel è myrto, nobis coronas
 conficere properat, quibus uti-
 mur in conviviis? Vocat a-
 pium udim; vel, quia nascitur
 commodius in paludibus; vel,
 quia vini fumos, caloremque
 mitigat.

Quem Venus, &c. Quis no-
 strum erit, quem iactus Vene-
 ris magistrum convivii crea-
 bit, qui regna vini tesseriis for-
 tiatur? Nam id moris erat,
 ut fortirentur tesseriis, quis bi-
 bendi esset arbiter. Venus vo-
 cabatur tesserarum iactus felici-
 cissimus, ac tesseras tres, sin-
 gulas punctis sex notatas, po-
 nebant: infelicissimus contra,
 qui notatas afferebat singulas
 unico puncto, & canis voca-

Atcaica vide Ode 3.

O D E VI.

Monet amicum suum Valgium, ut mortem filii
 sui deslere aliquando desinat.

Non semper imbres nubibus hispidos

Nubibus manant. E nubibus
 funduntur.

Hispidos. Squallentes, tri-
 stes, pluviis deformatos.

Ma-

Manant in agros, aut mare Caspium
Vexant inaequales procella.

Usque; nec Armeniis in oris,
Amice Valgi, stat glacies iners
Menses per omnes; aut Aquilonibus
Querceta Gargani laborant,
Et foliis viduantur orni.

Tu semper urges flebilibus modis
Mysien ademptum; nec tibi, Vespero

Surgente, decedunt amores,
Nec rapidum fugiente Solem.
At non ter avo functus amabilem

Caspium. Supra Perfidem est,
 in Asia ad Septentrionem.

Inaequales. Inconstantes, modo
 atrociores, modo leniores: vel,
 quæ maris æqualitatem tur-
 bant.

Usque. Semper.

Armeniis oris. Armenia est
 regio Asiae, circa Taurum
 montem.

Iners. Vel, quia glacies ita
 immobilis, & concreta; vel
 quia frigus facit inertes.

Querceta. Loca quercubus
 conæta.

Gargani. Mons est Apuliae.

Laborant. Vexantur, agitantur.

Viduantur. Spoliantur, or-
 bantur.

Urges. Prosequeris, desles
 lugubri carmine. Erat enim
 iste T. Valgius Poëta insignis,
 de quo Tibullus ita canit: *Val-
 gius, aeterno propior non alter*
Hemero.

Mysien. Proprium est no-
 men pueri.

Nec tibi, &c. Nec tuus luctus,
 ab amore pueri profectus, deced-
 dit, cessat, quiescit, serò, nec
 manet; neq; cum primum appa-
 rere Vesper incipit, neq; cum
 apparere desinit, & fugit.

Vespero. Vesper, sive, Ves-
 perus, aut, Hesperus, Venus di-
 citur ab Astrologis. Ea stella,
 cum circa Solem in orbè ver-
 tatur, modo illum sequitur, id
 est, post Solem apparere, nempe
 Vesperi, & tum propriè Ves-
 perus dicitur, modo antecedit,
 nempe manet; tumq; mutat no-
 men, & Eos, sive Lucifer, &
 Phosphorus appellatur. Fuge-
 re Solè dicitur hic ab Horatio;
 quia brevi obscuratur, Sole
 surgente, cui semper vicinus est.

Ter avo, &c. Nestor, qui
 tres hominum ætates vixit;

G

nema

Ploravit omnes Antilochum senex
 Annos; nec impubem parentes
 Troilon, aut Phrygia sorores,
 Flevère semper. Desine mollium
 Tandem querelarum; & potius nova
 Cantemus Augusti trophæa
 Casaris; & rigidum Niphaten,
 Medumque flumen, gentibus additum
 Victis, minores volvere vortices;

nempe annos trecentos, ut quidam volunt; vel nonaginta, ut alii, qui ætatem definiunt spatio annorum 30. vel 33.

Antilochum. Filium suum, à Memnone interfectum, in bello Trojano.

Impubem. Juvenem, imberbem.

Parentes. Priamus, & Hecuba.

Sorores. Cassandra, Polyxena, Trojana; Sorores Troili.

Querelarum. Verba definiendi, apud Græcos, genitivo junguntur; quo more, vocem, *desino*, hic Horatius posuit.

Nova, &c. Augustus, circa annum V. C. 733. Armeniam à Parthis vindicavit; qui eidem signa militaria, Marco Crasso, & Antonio, olim adempta, reddiderunt. Paulo post hunc annum scripta est hæc Ode.

Trophæa. Trophæum, seu Trophæum erat monumentum victoriæ, collocatum in

eo loco, ubi hostes fugere cœperant: quænam esset ejus forma docet Virgil. initio lib. xi. *Æneid.*

Niphatem. Armeniæ fluvium, & montem: rigidus vocatur, id est, gelu constrictus; nivibus abundans.

Medumque. Medus est flumen Mediæ; quæ regio Persidæ vicina est. Alii volunt Euphraten hæc voce significari, qui Medus quoque dictus fuit proprio nomine; fortasse quia apud Medos, sive Babylonios, & Persas, erat celeberrimus.

Gentibus, &c. Victum, & domitum pariter cum Parthis, Scythis, Armeniis.

Volvere, &c. Refer ad vocem quæ præcessit, *cantemus*. Dicamus illud flumen, quasi pudore suæ cladis, & dolore affectum, lenius, & minori eum pompa fluere, nec tantos undarum vortices volvere.

Intraque præscriptum, Gelonos
 Exiguis equitare campis.

Intraque præscriptum. Subaudi, spatium. Dicamus, Gelonos, intra terminos sibi ab Augusto definitos se continere, neque ultra campos exiguos excurrere, & equitare; quos ne præterirent, vetuit. Geloni autem sunt Scythiæ populi, qui se in Armeniam effuderant.

O D E VII. *Saphica vide Ode 2.ª*

Diligenda mediocritas: animi æquitas ubique
 retinenda.

Rectius vires, Licini, neque altum
 Semper urgendo, neque, dum procellas
 Cantus horrescis, nimium premendo
 Littus iniquum.

Rectius. Tutius, tranquillius.

Licini. Scripta fuit hæc Ode ad Licinium Varronem Murænam, ut habent optimi codices. Is fuit frater Terentiæ, uxoris Meccenatis, & Proculeji, de quo mentio fit Ode 2. hujus libri. Licinij bona fisco addicta fuerant, quod partes Reip. contra Augustum secutus fuisset: eum Horatius prudenter consolatur. Idem postea in Augustum cum Fannio Cæpione conjuravit, anno V. C. 731. Itaque circa hunc annum Oden istam fuisse scriptam apparet, paulo autè initam ab eo

conjunctionem.

Altum urgendo. Si navim in medium, & profundum mare propellas: id est, excelsa, & magnifica consecutæris, honores ambias, &c.

Procellas. Id est, pericula, quibus honores obsepti sunt.

Premendo. Legendo, stringendo.

Iniquum. Asperum, periculosum, ob vada, & saxa: id est, non amplectendo semper humilia, & abjecta, cum detrimento dignitatis; metu periculorum, quæ magnis opibus, & honoribus adjuncta sunt.

*Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret invidendâ*

*Sobrius aulâ.
Sapiens ventis agitur ingens
Pinus, & celsa graviore casu
Decidunt turres, feriuntque summos*

*Fulgmina montes.
Sperat infestis, metuit secundis
Alteram sortem, benè preparatum*

*Pectus: informes hyemes reducit
Jupiter, idem
Summovet. Non, si malè nunc, & olim
Sic erit. Quondam citharâ tacentem*

*Suscitat Musam, neque semper arcum
Tendit Apollo.*

Auream. Pulchram, pretio-
sam.

Caret obsoleti, &c. Ille do-
mum non habet fordidam, &
neglectam, neque altam, & ma-
gnificam, cui invideri possit:
sic istâ suâ sobrietate, ac tē-
perantiâ, tutum se, & ab invidi-
diæ periculis, & ab avaritiæ
fordibus, incommodique præ-
stat.

Sperat, &c. Pectus benè præ-
paratum, id est, animus, sive
homo, ad utramque fortunam
comparatus, moderatus, & sa-
piens, in rebus infestis, & ad-
versis, sperat alteram sortem,
hoc est, fortunam prosperam;
& in secundis, metuit alteram
sortem; nempe fortunam ad-

versam; eoque se metu ab in-
solenti lætitiâ temperat.

Summovet. Abigit, abducit,
succedente vere.

Non si, &c. Si est tibi malè
nunc; non sic, id est, non eo-
dem modo, non item malè
erit olim, id est, postea, in
posterum.

Quondam, &c. Apollo non
semper exitialem arcum ten-
dit, ut homines interficiat; sed
interdum citharâ canit, & fe-
riatur cum Musis. Sol, immo-
dico calore pestem, & pernici-
ciem afferens terris, arcu le-
thali uti dicitur ab Homero.

Suscitat Musam. Silentem
Musas, & quasi dormientes ex-
citat, & ad canendum exemplo
provocat

Re.

*Rebus angustis animosus, atque
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.*

Contrahes, &c. Debes con-
trahere, & colligere. Nauta,
quando ventum, licet sectan-
dum, & faventem, vehemen-
torem tamen vident, contra-

hant vela: sic tu, si sapi-
s, comprimes in rebus secundis,
nec plus iusto intumescas, ac
faventi fortuna non nimis cre-
des.

O D E VIII.

Ad caica vide
Ode 3a
que dicta.
Omittendæ curæ inutiles: genio tantisper
indulgendum.

*Uid bellicosus Cantaber, & Scythes,
Hirpine Quincti, cogitet, Adria
Dirisus, obiecto, remittas
Quarere; nec trepides in usum
Poscennis avi pauca. Fugit retro*

Cantaber. Hispaniæ popu-
lus, ab Agrippa domitus, anno
ab V. C. 734. Otto post annis
circiter, Scythæ bellum agi-
târunt. Vide Oden 4. hujus
libri. Scythæ sunt populi Eu-
ropæ, ad Septentrionem, ubi
nunc est Polonia, Moscovia,
&c.

Obiecto. Mare Adriaticum,
quasi vallum est obiectum
Scythiis, ne impetum faciant
in Italiam. Est Adria, sive Ha-
dria, sinus maritimus inter Dal-

matiam, & Italiam; ita distans
ab urbe ejusdem nominis, in
intimo sinu, prope Venetiæ
positâ.

Cogitet. Moliatur in Roma-
nos; quæ bella meditetur.

Remittas. Parcas, fugias:
noli quarere.

Nec trepides. Ne trepidè, &
anxiè sis sollicitus.

In usum, &c. Id est, ad com-
parandas res utiles, & necessa-
rias vitæ, & naturæ, quæ pauca
poscit, exiguo contenta est.

G 3

L 3

Levis iuventus, & decor, arida

Pellente lascivos amores

Canitie, facilemque somnum

Non semper idem floribus est honos

Vernis; neque uno Luna rubens nitet

Vultu. Quid aternis minorem

Consilii animum fatigas?

Cur non sub alta vel platano, vel hac

Pinu jacentes sic temere, & rosa

Canos odorati capillos,

Dum licet, Assyriaque nardeo,

Potamus uncti: Dissipat Evius

Curas edaces. Quis puer ocyus

Restinguet ardentis Falerni

Pocula praterente Lymphæ?

Levis. Inconitans, itare diu, ut cuique libuerit.

ac durare necia. Canos. Erat enim jam senior

Canitie. Senectute; que quia Horatius, cum hæc scriberet,

ficcior est, somnum difficilio- annos natus jam 50. aut am-

rem facit: is enim humidis va- pliis.

poribus maxime alitur, & fo-

vetui. Odorati. Habentes capillos

rosis odoriferis coronatos.

Dum licet. Per valetudinem,

per aratem.

Nardeo. Unguenti pretiosum

genus est, confectum è nardeo

plantâ Indicâ, quæ in Syriam

advecta, inde Romam defere-

batur.

Evius. Bacchus: vide lib. 1.

Od. 16.

Restinguet pocula. Vinû Falernû

temperabit, aquâ admixtâ.

Praterente. Petita è vicino

fonte, vel fluvio.

Sic temere. Ut casus tulerit,

Dicolo ODE IX.

Mecænatis Vxorem laudat.

Nolis longa seta bella Numantia

Nec dirum Hannibalem, nec Siculum mare

Pæno purpureum sanguine, mollibus

Aptari citharæ modis:

Nec seruos Lapithas, & nimium mero

Hylæum; domitosque Herculeâ manu

Telluris iuvenes, unde periculum

Fulgens contremuit domus

Saturni veteris. Tuque pedestribus

Nolis, &c. Ne me jubeas

aptare, modis citharæ, id est,

lyricis modis, & versibus ca-

nere, bellum Numantinû, &c.

Longa Quæ 9. annos tenuere,

Numantia. Vrbs erat Hispani-

æ, postquam omnes ejus cives,

nullo superstitè, sibi necem

consequerentur, anno V. C. 621.

ab eversa per eundem Scipio-

nem Carthagine, 14.

Hannibalem. Qui causam, &

initium dedit bello Punico se-

cundo, anno V. C. 536, ac post

varias clades Romanis illatas,

redire coactus est in Africam,

quò bellum Scipio transporta-

verat: ibi ab eodem victus, ad

Antiochum Syriæ, rum ad Pru-

siam Bithyniæ Regem fugit;

apud quem cum ne se quidem

tutum putaret, sibi veneno

mortè attulit, anno V. C. 571.

Siculum mare, &c. Siculi à

Romanis sæpè, imprimis bello

primo Punico, victi navalibus

præliis fuere.

Lapithas. Thessaliæ popu-

los; de quibus vide libri primi

Oden. 16.

Nimium mero. Vino largius

hausto ferum, & impotentem:

erat Hylæus unus è Centauris.

Telluris iuvenes. Gigantes;

maximè verò duos, & Orthum

& Ephialten, cæteris audacio-

res. Videtur Brutum, & Cas-

sium istis verbis adumbrare:

de quibus iterum agit fufius,

eâdem allegoriâ in lib. 3. Ode

4. de Gigantibus, & Saturno

vide lib. 1. methamorph.

Unde. A quibus Gigantibus.

Domus Saturni. Cælum

Vetus dicitur Saturnus; quia

Deorum antiquissimus.

*A/olemadæus 2 spond. Daæ 4
nlo vilab. et duo 2 dactili.
Gliconicus 2 spond. et duo 2 dactili.*